

ex sepulcro jamdum hominis cadavere extracta fuit, cujus caput grandis dolii vinarii magnitudinem excedebat, quod & tradit Cardanus, & Theatrum ubi supra, docens ex ossibus horum Gigantum in sepulchris repositis, partium ad totum habita ratione constare, viginti palmos magnitudinis excessisse, hoc est triplum justa magnitudinis fermè hominum nostræ regionis, & ævi: Apud eundem etiam Joseph. Acost. lib. 1. de nat. Novi Orb. c. 19. pag. 5. Petr. Ciezam 1. part. dist. Perù cap. 52. August. Zarate in ead. hist. lib. 1. c. 5. Magin. in 2. p. sua Cosmogr. tab. 34. fol. 286. Torquemad. d. c. 13. pag. 38. Fr. Greg. Garc. lib. 1. de Ind. orig. cap. 4. §. 1. pag. 67. Garcilas. Inc. in suis comment. lib. 9. c. 9. fol. 234. Herr. decad. 5. lib. 3. c. 1. pag. 64. & Joan. Metellum relatum à Theatr. vitæ human. ubi supr. reperimus, celebrem esse famam in hac Peruensi regione, ubi nunc Mantá, & Portus Vetus oppidum perexiguum ab Hispanis edificatum est, circa Caput S. Elena, reperiri ossa hominum Gigantea, tante magnitudinis, ut duplo, aut certè semiduplo corpora eorum proceriora fuisse demonstrent, quàm sint communia præsentium Indorum. Illos autem Gigantes olim mari ad hac litorum esse delatos, ibi cum indigenis bella gessisse, & quædam extruxisse immania opera, cujus generis profundus puteus hodie visitur, lapidibus immensis edificatus. Ac tandem homines illos sævos & portentosos, quod nefaria, & impurissima libidine abuterentur, cœlitus esse consumptos. De quibus Gigantibus mentionem etiam facit Did. Daval. & Figuer. in Miscell. Australi colloq. 33. pag. 147. & subjungit, in valle de Tarija similia Gigantum ossa reperiri, seque unius mandibulam vidisse, quæ semilunam excedebat, cum tribus dentibus pugno majoribus; & à Dom. Laurentio Suar. de Figueroa, Provincia Sanctæ Crucis de la Sierra Gubernatore, audivisse, à se aliud integrum cadaver in eadem valle juxta cujusdam torrentis ripam conspectum, adeò portentosa magnitudinis, ut ensis per oculi cava demissus, vix ad cerebrum perveniret.

CAPUT XI.

De Anforibus & argumentis, quibus probatur, Hispanos omnium primos hunc Novum Orbem detexisse, & aliis ante eos prorsus incognitum, & certè nec leviter adumbratum.

SUMMARIUM.

- 1 Orbis Novus an antiquis ullo modo cognitus fuerit.
- 2 Auctores, qui tenent, Orbis Novi nullam antiquis notitiam fuisse, late recensentur.
- 3 Joseph. Acost. Abrah. Ortel. Maluend. & alii meritò mirantur, hunc Novum Orbem, adeò magnum & divitem, antiquos tot seculis latuisse.
- 4 Orbis Novi notitia si aliqua fuit apud antiquos, postea in totum evanuit.
- 5 Franc. Vallerius sentit, Orbis Novi habitationem nulla memoria, vel historia ante Columbum cognitam.
- 6 Alani Copi sententia & verba de omnimoda ignorantie Novi Orbis apud antiquos.
- 7 Thomas Bocius Eugubinus laudatur, qui tradit, ne tenuis quidem nomen Novi Orbis ad majores nostras pervenisset.

- 8 Orbem Novum non fuisse antiquis seculis cognitum, pluribus argumentis Auctor convincit.
- 9 Mundum ex una tantum parte caelum, & terram habere multi ex antiquis cum Epicuro opinabantur. Alii cum Stoicis & Peripateticis contrariam sentiebant, & num. 11.
- 10 Lucretii carmina adversus eos, qui Mundum rotundum esse putabant.
- 11 Stoicorum sententia.
- 12 Terra constituta est à Deo in medio globi caelestis, & duas superficies habet.
- 13 Terra cur dicta à Græcis isippion.
- 14 Globosa figura sive forma, perfectissima est.
- 15 Terra in medio caelestis globi pendens, quomodo sustentatur.
- 16 Orbis Etymologia à rotunditate.
- 17 Manili locus elegans de Orbis rotunditate.
- 18 Plinius qualiter aperiat ineffabilem rationem, qua elementa inter se colligata sunt.
- 19 Australes mundi plagas, aquis omnino tegi multi ex veteribus opinabantur, & quare.
- 20 Procopii Gazæi notabilis locus, terram in aquis subsistere, & infra nos nullam esse putantis.
- 21 Photius reprehendit D. Clementem, quod putavit, terram reperiri ultra Oceanum, & Phœnicem avem veram esse.
- 22 Australes & Occidentales regiones ultra Oceanum inhabitatas esse, multi ex antiquis putarunt, & quare.
- 23 D. Augustini locus expenditur.
- 24 Cajetanus putat, nullo Scripturæ loco concludi, omnem terram esse habitabilem.
- 25 Antipodes, sive Antipodes esse multi auctores constantissime negarunt, & de horum nominum etymologia.
- 26 Antipodes Hispanis, & aliis Europæis sunt plures regiones Novi Orbis, remissivè.
- 27 Antipodes esse, qui olim ridebant, hodie magis ridendi sunt.
- 28 Lactantius Firmianus multum invehitur in eos qui Antipodes esse affirmabant.
- 29 Lucretius vanos & stolidos vocat eos, qui Antipodes agnoscerent.
- 30 D. Idorun Antipodes fabulosos appellat.
- 31 Procopius Gazæus quasi contra fidem esse inquit Antipodes dari.
- 32 Virgilius Episcopus Saleburg. reprehensus fuit, quod Antipodes dari pro concione dixit.
- 33 Antipodes esse plures ex antiquis affirmarunt.
- 34 Antipodes esse qui olim agnovissent, putabant alterius generis esse, & aditum ad eos non dari propter calorem Torridæ Zonæ.
- 35 Zonas quinque, quibus terra dividitur, qualiter describit Cicer. Plin. & alii, & num. 38.
- 36 Australem Zonam, & gentes sub ea habitantes à nobis agnosci non posse, multi putarunt.
- 37 Nilii origo agnoscitur non potest oh æstum Torridæ Zonæ cum Lucano.
- 38 Auctores plurimi recensentur, qui de Zonis Orbis scribunt.
- 39 Zonam Torridam esse impertransibilem, & inhabitabilem, hodie etiam aliqui nimis cupinè scribunt.
- 40 Picus Mirandulanus publicè Roma defendit Zonam Torridam inhabitabilem esse.
- 41 Zonas omnes habitabiles esse, & Torridam placidissimam, hodie certissimis experimentis compertum est; & auctores qui de hoc agunt, & num. 43.
- 42 Philosophicis argumentis non est defendendum plusquam oculis.
- 43 Auctor. de Torrida tractantes.
- 44 Servius quid sentiat de Antipodibus, & eorum cum nostris communicatione.
- 45 Zonas tres anted inhabitabiles, post Christi adventum habitabiles factas, pie probare nititur Thomas Bocius.
- 46 Christi Domini felicissimus adventus plurima bona mundo attulit, & Sybille carmina de hoc.
- 47 Oceanum innavigabilem esse veteres crediderunt, & loca Nacion. Origen. & Cicer. num. 49. 50. & 51.

- 48 Antipodes negavit D. August. & alii Ecclesie Patres, quia ad eas regiones transire per Oceanum Adami posteros impossibile judicantur.
- 49 Nacion. locus.
- 50 Origen. sententia.
- 51 Cicer. verba.
- 52 Adagium non ultra Gadira, sive, qua ultra Gades inaccessa, explicatur, & exornatur.
- 53 Oceanus in sacra Pagina sumi solet pro fine totius Orbis.
- 54 Gades sumitur pro ultimo termino Occidentis.
- 55 Hercules columnas Gadibus fixit, tamquam illic esset suprema Orbis meta.
- 56 Imperatorum antiqua consuetudo fuit aliquas columnas, vel alia monumenta erigere in extremis locis, ad que pervenissent.
- 57 Gades nomen terminum, seu finem Latinis significat.
- 58 Finis terræ Promontorium Hispania in Regno Gallicie.
- 59 Hispania tota, & præsertim Provincia Bætica dicitur Occidens Occidentis, & id significare ejus antiqua nomina Sepharad, & Spania.
- 60 Hesperii nomine à quo Hesperia dicta Græci totum Occidentem appellabant.
- 61 Epiphania antiqua, que Hispania oras terrarum ultimatas facit.
- 62 Promontorium sacrum, id est, El Cabo de S. Vicente, Orbis ultimum dicitur Siraboni.
- 63 Tartessus Bætica urbs eadem ac Gades.
- 64 Tartarum ubi defunctorum animas mitti credebant, in ultimis Hispaniæ oris tamquam in extrema totius Orbis regione antiqui collocabant.
- 65 Elysi campi, & Beatiorum sedes in Hispaniæ finibus esse putabantur, secundum Homerum & alios.
- 66 Hesperidum hortus, quævis circa Hispaniam positi, ab antiquis ignorabantur, & quare.
- 67 Oceani navigatio ultra fretum Herculeum olim nimis periculosa, & quare.
- 68 Maria omnia innavigabilia olim Atlantica dicebantur.
- 69 Navigationes per altum olim incognite erant.
- 70 Navium & navigationis inventio & usus à Noe temporibus initium accepit.
- 71 Atlantem Lybicum primum naves fabricasse testatur Clem. Alex.
- 72 Navium forma, astrolabium, & alia nautica instrumenta, quibus hodie utimur, antiquis ignorabantur.
- 73 Magnética acus, & ejus præcisa necessitas ad navigationes per altum inviduas.
- 74 Navigationis aliquam peritiam, & certitudinem ex siderum observatione Phœnices nacti fuerunt.
- 75 Navigantes nullo, aut procelloso tempore siderum observatione se juvare non poterant.
- 76 Virgilius elegans naufragii, & procellæ descriptio.
- 77 Magnética acus inventum extollitur, & quod præcisè ignotum fuit.
- 78 Navigandi peritiam antiquorum cum hodierna, & præcipue Hispanica conferri non potest.
- 79 Magnética acus inventor quis, & de ejus commodis & usibus, remissivè ad plures auctores.
- 80 Magnetis proprietates mirandæ, & unde ei nomen, remissivè.
- 81 Magnes cur semper Septentrionem requirat, remissivè.
- 82 Magnetis novum, & mirum experimentum.
- 83 Magnética acu multi etiam utuntur in terrestribus itineribus: & de montibus magneticis, qui attrahunt ad se navigia, quibus ferrum inest.

Hujus ergo adeò vasti, & immensis Orbis descriptione, & indigenarum origine patefacta, superest tunc, ut eadem cura, nobilem illam questionem examinemus, an scilicet ante Columbi, & Hispanorum in eundem Orbem adventum, ab aliquibus antiquorum seculorum hominibus cognitum, & lustratum fuerit,

aut saltem certis, & constantibus literarum monumentis ostensus? Et planè mihi semper eorum opinio magis arrisit, qui tantæ detectionis & cognitionis primam laudem ac gloriam Hispanis tribuunt, & aliis ante eos, has Occidentales & Australes regiones penitus ignoratas, esse testantur. Quod t multis rationibus defendunt, & extollunt Petr. Malferit. inter consilia Mandelli vol. 2. consil. 769. n. 17. Marquard. de Susanis in tract. de Judæis, & infidel. 1. p. c. 14. in princip. Petr. Bellin. in tract. de bello 2. part. tit. 11. Taraph. de Regib. Hispan. cap. ultim. Victor. in relect. de Ind. insularis in princip. Barrer. in libello de regione Ophira: Lud. Leo Augustinian. in comment. super Abdiam cap. ult. pag. 662. & super Cat. cap. 8. Joseph. Acost. lib. 1. de nat. Novi Orb. cap. 1. & seqq. Perer. lib. 3. in Gen. Barrad. lib. 5. concord. cap. 1. Boter. in relat. universal. vol. 2. lib. 1. ex pag. 329. usque ad 338. Ant. de Herrer. in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 1. & c. 6. pag. 12. in fin. Greg. Lopez Madera in lib. de excell. Hispan. Monarch. c. 6. fol. 44. & cap. 9. ex fol. 67. Jacob. Valdes de dignit. Reg. Hisp. c. 12. num. 7. cum seq. & cap. 19. ex num. 55. ad 63. Camill. Borrell. de præst. Reg. Catal. cap. 43. num. 7. & 8. & cap. 46. n. 225. & 226. Bern. Aldrete lib. 3. de orig. ling. Hisp. cap. 13. Petr. Opmeer. in opere Chronograph. p. 417. Fr. Joan. à Ponte in convent. utr. Monarch. lib. 3. c. 7. §. 10. pag. 49. & c. 19. §. 1. pag. 152. & §. 2. pag. 125. Trajan. Bocalin. in nuptiis Parmat. centur. 2. c. 90. Fr. à Torquem. in Monarch. Ind. lib. 1. c. 4. in fin. August. Torniel. in annal. sacr. ann. mundi 1631. num. 46. & 48. pag. 230. & seq. & ann. 3043. n. 7. & 8.

Idem tradit ipse Acost. eod. lib. c. 12. t ubi monstri simile reputat, & alterum Orbem esse tantum quantum hunc cernimus, & antiquos tot secula latuisse, & nullum prorsus vestigium inveniri, quo ostendi possit, ex Europæ nationibus aliquem ante Hispanos in has oras appulisse.

Abrahamus etiam Ortel. in Theat. Geograph. tab. 5. & Carol. Stephan. qui ejus verba transcribit, in diction. Hist. & Poet. verb. America, in eadem opinione sunt. Et aquè mirum sibi videri dicunt, hoc Hemisphærium tantæ & tam immense amplitudinis, veteribus tot seculis incognitum mansisse, & tandem potuisse latere, considerata præcipue cum antiquorum in describendo terrarum Orbe diligentia, & amplissimum imperiorum ad perquirendas regiones commoditate, opportunitateque tum humani generis dira, atque insatiabili auro, atque argento inhiantis cupidine, nihil non tentante, quo his portantur, quibus hæ regiones incredibili copia abundant.

Doctissimus quoque Fr. Thom. Maluend. lib. 3. de Antibr. c. 16. in princ. aperte resolvit, veteres Scriptores, & quoscumque qui ante Columbum fuerunt, nullam habuisse vel tenuem suspicionem istius tam vastæ, & immanis terræ portionis, quæ per Hispanos patefacta est, ut planè sit inter maxima miracula computandum, voluisse Deum, per tot secula ab Orbe condito majorem partem totius Orbis terrarum ita in obscuro delitescere. Et in fine ejusdem capituli subdit, quod t etsi concedamus apud præcos aliquam quamvis confusam, atque inurbatam extitisse Novi istius Orbis notitiam, cujusmodi tamen cognitionis vel

tenuem auram patulim postmodum oblitteraram, ac penitus tandem evanuisse.

5 Hisadsentienis eruditissimus Franc. Valles. in lib. de sacr. Philosoph. c. 26. explicans illud Deuter. c. 30. Si ad cardines celi fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, & assumit, inquit, tempus, omnium rerum magistrum, evidenter indicasse, omnes Mundi partes ad utrumque Polum habitabiles esse, & vere ab hominibus coli ab Adam semine disseminatis. Hanc autem disseminationem, nulla neque memoria hominum, neque historia cognitam, nobis in hoc seculo velut digito indicasse Hispanos Christicolae, incarnati Verbi disseminationem procurantes.

6 Alan. † Cop. natione Anglus, eidem opinioni semel & iterum se subscribit. Nam in Dialog. 6. adversus Hæret. c. 9. p. 783. summam divinæ providentiæ curam extollens, quæ cum Fides Catholica in Septentrionalibus regionibus habebatur, ejusdem prædicationem & agnitionem ad Australes Orbis Novi perduxit, sic adit. Quæ antea ne extitisse quidem ullis unquam libris est traditum, ulla fama, & auditione acceptum. Et in eod. Dialog. c. 34. p. 642. Sleidani hæretici fraudem incusans, qui Catholicæ Fidei propagationem in Orbe Novo eo tempore ab Hispanis factam perfidioso silentio involverat, inquit, Incredibili Dei benignitate alterum quemdam Orbem, de quo nihil ab Ptolemaeo, nihil veteribus Cosmographis, nihil ab aliis vel fando quidem prius accepimus, intra hominum memoriam repente emerisse.

7 Extant quoque plurima ejusdem rei præconia, & testimonia in illis piis pariter ac eruditis libris, quos insignis Thom. Boz. Eugubin. de signis Eccles. Dei in vulgus mandavit, & præcipue lib. 17. cap. 1. sig. 74. ubi ait: Non ita pridem loca plurima, & latissima reperta fuisse navigationibus Lusitanorum & Hispanorum, quorum ne tenuis quidem nomen pervenerat ad majores nostros. Et lib. 6. cap. 7. ubi divinitus hunc Novum Orbem, qui continet dimidium totius Orbis terrarum, Catholicis Regibus detectum ostendit; & idem tradit in lib. de robore belli, cap. 9. pag. 312. & c. 12. pag. 337.

8 Pro cujus sententiæ confirmatione, & illustratione, ego cum aliis & præter alios, sequentia argumenta † pendendo: Primum, quod Novus hic Orbis non videtur ullo proxsus modo antiquioribus seculis innotescere potuisse, cum eorum plurimi, & ii quidem gravissimi Scriptores extiterint, qui † mundum universum domui similem reputabant, cui rectum ex una parte non quaquam versus imminet. Atque ita ad Polum Antarticum, & Australes & Occidentales plagas nullo pacto coelum extendi posse contendebant, & longè minus terram, cujus gravem molem in medio aëre suspensam teneri, nulla ratio (in ipsi sibi suaserant) patiebatur: quam opinionem sæpe sæpius repetit D. Chrysost. homil. 14. & 27. in epist. ad Hebr. & homil. 6. & 13. in Genes. & homil. 12. ad populum Antioch. irridens eos, qui coelum rotundum & sphericum esse opinabantur, cum Scriptura porius tabernaculum à Deo fixum commemoret. Cui etiam hac in parte assentiuntur Theophyl. in comment. ad Hebr. c. 8. & illis antiquior Lactan. Firmian. lib. 3. divin. institut. c. 24. qui Epicuri probans sententiam Peripateticos, & Aca-

demicos circa cœli ambitum & figuram damnat, & terram ad Chaos quoddam immane definit, prout & facit † Lucretius lib. 1. de nat. rerum, qui cum eodem Epicuro, sic inquit:

Illud in his rebus longè fuge, credere, Memmi,
In medium mundi naturam stare, sine ullis
Atque idè mundi naturam stare, sine ullis
Ictibus externis, neque quoquam posse revolvi
Summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa.

Quod attingere quoque videtur D. Hieronym. lib. 2. in Epist. ad Ephes. c. 4. Auctor apud Justin. quæst. 130. Orthod. Procop. Gazæus in cap. 1. Genes. & alii relati à Sixto Senensi lib. 5. Bibliot. annot. 3. Perer. lib. 2. in Genes. Joseph. Acosta lib. 1. de nat. Novi Orbis c. 41. Maluend. lib. 3. de Antichrist. cap. 14. pag. 141. Et licet sub dubio proponit D. August. lib. 2. de Genes. ad literam, cap. 9. & sup. Psalm. 135. Quid ad me pertinet, inquiens, utrum celum, sicut sphaera, undique concludat terram in media mundi mole librata, an eam ex una parte desuper veluti discus operiat?

Secundo, † quia quamvis Stoici & Peripatetici in contrariam sententiam euntes, cœlum rotundum esse, atque in circulum volvi affirmarent, & terram etiam † in medio hujus celestis globi constituerent, duas superficies habentem, ut tradit Aristot. lib. 1. de celo c. 3. Plutarch. de placit. Philosoph. lib. 1. c. 2. Plin. lib. 2. c. 5. & 65. Ovid. fast. dum ait:

Terra pile similis nullo fulmine nixa
Aere subiecto, tam grave pendet onus.

Et ex multis Sacra Scriptura locis probant & defendunt D. Aug. lib. 12. c. 10. D. Chrysost. super illud Psalm. 123. Fundasti terram super stabilitatem suam: D. Basil. in Hexam. homil. 1. D. Ambr. in eod. Hexam. lib. 3. cap. 6. Acost. ubi supra cap. 2. & 3. & 4. Cœl. Rhodig. lib. 1. antiq. lect. c. 4. & 13. Ubi inter alia ait, terram hac ratione † à Græcis † aliquando appellari, id est æquinantem, & rectè mundum in globi figura fabricatum: quia † ut ab scientissimis † proditur;

Hæc aeterna manet, Divisive similissima forma,
Cui neque principium est usquam, nec finis in ipsa,
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Simon Majol. in dieb. Canticul. 1. tom. colloq. 16. pag. 367. & 368. Just. Lips. in Physiologia Stoicorum lib. 2. cap. 9. & 18. Pat. Joan. Pineda in Eccles. cap. 1. vers. 4. num. 3. explicans illa verba: Terra autem in æternum stat, & sup. lib. 26. 6. explicans illa: Appendit terram super nihilum. Ubi simul rationem exponunt, quomodo † terra, cui aërem undique substratum dicimus, per se ipsa pendat, nec nobiscum cadat. Quibus subscribens D. Isidor. lib. 14. Etymol. cap. 1. & 2. & Higin. lib. 1. de Astronom. c. ultim. Orbem † à rotunditate circuli dictum putant, & terram in mediâ Mundi regione collocatam, omnibus partibus aequali intervallo dissidentem, centrum sphaera obtinere. Unde eleganter † Manilius lib. 1. Astron. sic cecinit:

Et

tura ista mentitur, &c. Et Cardinalis † Cajetanus 24 explicans illud Genes. 1. vers. 26. ubi Deus, hominem universæ terræ præcæ mandavit, nullam esse ejus partem, docet, quæ dominationi hominis subiecta non sit: Non tamen ex eo (inquit) valet concludi, omnem partem terræ esse habitabilem, vel habitandam esse ab homine.

Atque hoc nimirum in causa etiam fuit, ut ipse idem Augustin. & alii plures Ethnici, & Christiani Philosophi, quos supra num. 19. retulimus, Antipodes † sive Antichiones esse, constantissime negaverint, sic appellatos, quod contraria nobis vestigia figant, & oppositam terram incolant, distentque à nobis diametro, toto medio terræ centro interposito, ita ut cum nobis est æstas, illos premat hyems: ita nobis dies, illis nox sit, ut præter alios observant Ambros. Calepin. & Carol. Stephan. in diction. verb. Antichiones, & verb. Antipodes, Joan. Funger. in Etymol. sub eisdem verbis, & Maluenda de Antichrist. lib. 1. cap. 2. quod aperte ostendit, nullam illis hujus Novi Orbis, & gentium in eo habitantium notitiam fuisse.

Constat † namque, antipodes esse plurimos, 26 qui aliquas ejus Provincias inhabitant, quos plenè recenset Ovet. lib. 4. hist. Ind. c. 2. Joseph. Jesuita de rebus Brasil. ann. 1560. Sur. in comment. ann. 1501. 1552. Ramus. tom. 1. suarum navigat. Petr. Mexia in ylova var. lect. c. 25. Simon Majol. in dieb. Canticul. tom. 1. colloq. 1. pag. 36. & colloq. 17. pag. 395. & 396. & colloq. 11. pag. 281. Ut sic jam satis appareat, † non tam ridendos esse, 27 qui olim Antipodes agnoverunt, quam eos, qui vanis suis conjecturis, & argumentationibus ducti, illos irridebant, & præcipue † Lactan. Firmianus dict. lib. 3. c. 23. qui mirum est, quam nimis longè in illis explodendis, & reprobandis procherat. Quos † etiam vanos & stolidos appellavit Lucretius d. lib. 1. sic canens:

Illi cum videant Solem, nos sidera noctis.
Cernere, & alternis nobiscum tempora cali,
Dividere, & noctes pariles agitare diebus.
Sed vanus stolidus hæc omnia parturit error.

Et † fabulosos D. Isidor. lib. 14. Etymol. c. 5. 30 ubi ait: Extra tres autem partes Orbis quarta pars trans Oceanum interior est in Meridie, in cujus fines Antipodes fabulosè inhabitare produntur.

Procop. † etiam Gazæus in comment. d. c. 1. Genes. eosdem Antipodes apertissime negat: Nam si Antipodes forent (inquit) certè Christus eò quoque profectus esset, & cætera, qua pertinent ad salutem humani generis, ibi perfecisset. Sed & Adam prima generis nostri origo & serpens, qui humanum genus circumvenit, & diluivium quoque penes oppositam regionem extitisset. Quo † argumento 32 refert. Aventin. in annal. Bojorum lib. 3. & Tobias Hallerus in oratione quod antiquitati non ubique credendum sit, apud Joan. Rosinum pag. 488. & novissime Seraph. Freitas de Imp. Asiat. in præfat. & c. 4. num. 5. Reprehensum & accusatum fuisse Virgilium Episcopum Saleburgensem in Germania à Bonifacio Episcopo Moguntino, quod pro concione dixerat, Antipodes esse, ejusque opinionem damnatam & explosam fuisse circa annum Christi 745.

Quartò, quia illi quoque Auctores & Philo-

Est igitur tellus sortita cavernam
Aeris, & toto pariter sublata profundo
Nec patulas distenta plagas, sed condita in Orbem.
Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.
Hæc est natura facies, sic mundus & ipse
In convexa volans teretes facit esse figuras
Stellarum, Solisque Orbem, Lunamque rotundam
Quod nisi librato penderet subdere tellus,
Non ageret cursus mundi subeuntibus aëstris
Pebas ad Occasum, & nunquam remearet ad Ortus,
Lunave submersos ageret per inania cursus.

18 Et Plin. † d. c. 5. hanc ineffabilem rationem, qua inter se elementa colligata sunt, sic tradit Mutuo complexu diversitatis efficaci nexum, & levita ponderibus inhiberi, quominus evolent: contraque gravita ne ruant, suspendi levibus in sublime tendentibus. Sic pari in diversa nisu ut sua, quæque consistere, irrequieto mundi ipsius constructa circuitur: quo semper in se corrente, imam, atque mediam in toto esse terram, eandemque inveris cardine stare pendentem, librante autem, per qua pendeat, ita solam immobilem circa eam volubili universitate, eandem esse omnibus neci, eidemque omnia inniti.

Adhuc tamen ipsi iidem Auctores frequentius opinabantur, Australes † & Occidentales Mundi plagas undis omnino regi. Nam cum ex duobus elementis terra, & aqua unus efficiatur globus, intelligebant ad Polum Antarticum mare quaquam esse diffusum, ut constat ex iis, que tetigit supra cap. 3. num. 16. & latius adduxit Plutarch. lib. 3. de placit. Philosoph. c. 9. 10. 11. D. August. lib. 16. de civit. Dei, cap. 9. Lactan. Firmian. lib. 3. divin. inst. c. 23. Gregor. Nazian. epist. 27. ad Posthurn. & in orat. funeb. ad Basil. & Procop. Gazæus in comment. ad c. 1. 20 Genes. ubi sic † inquit: Quod autem terra universa in aquis subiacet, nec ulla sit pars ejus, que infra nos sita est, aquis vacua, & denudata, omnibus notum reor. Nam sicut docet Scriptura: qui expandit terram super aquas; & iterum, quia ipse super maria fundavit eam. Sola igitur superficies, que penes nos est, intelligitur dum ait: Congregentur aque, qua sub celo sunt in locum unum. Nec decet, ut credamus aliquam terram infra nos cœli nostri

21 Orbi oppositam. Et hæc fuit ratio † ob quam Phot. in excerptis ex Clement. epist. ad Corinth. 2. pag. 26. illi inter alia succenset, quod aliquas terræ Provincias ultra Oceanum collocasset: Reprehendat verò, inquit, hoc in illis quispiam, quod extrà Oceanum mundos aliquos collocet. Deinde fortè & illud, quod Pheniceæ ævem unicam tamquam pro verissimo adhibet argumentum.

22 Tertiò, † quia tametsi aquis nudum in parte aliqua hemisphaerium Australe reperiretur, non tamen idè necessariò sequi affirmabant, illud ab hominibus habitari. Præsertim cum non perciperent, quando, aut quomodo posteri Noè ad has regiones transierint, à quibus certum est, omnes mortales fluxisse, ut supra probavimus. Qua

23 propter † D. August. d. lib. 16. de Civ. Dei cap. 9. Nec attendunt (inquit) etiam si figura conglobata, & rotunda mundus esse credatur, sive aliqua ratione monstretur: non tamen esse consequens, ut etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiamsi nuda sit, neque hoc statim necesse est, ut homines habeat: quando nullo modo Scrip-

33 sopheri, qui melius docti Antipodes sive Antictones esse affirmarunt, utpote Cicero lib. 4. Academi. quæst. Pythagor. apud Laert. in ejus vitæ. Plin. lib. 2. c. 65. & lib. 6. c. 22. Pomp. Mela lib. 1. c. 5. Servius in 6. Æneid. Origen. lib. 2. Periare. c. 3. & plures alii, quos refert Majol. ubi supra. & Maluend. lib. 3. de Antichr. c. 14. per totum.

44 Fatebantur tamen, tales Antipodes, & situs terrarum, quas incolabant, nusquam agnoscerent licuisse, & non nostri, sed alterius generis mortalium esse putabant: propterea quod ob arborem intercedentis mediæ Zonæ, quam Torridam vocaverunt, nemo nostrorum ad illos, vel illorum ad nos potuerit commigrare, ut expressè ostendit Cicero. in fragment. lib. 6. de Rep. & in somnio Scipion. Ubi hos, qui incolunt utramque Mundi partem ita interruptos esse ait, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit.

35 Et ex quinque Zonis, quibus terra redimitur, duas maxime inter se diversas & cœli verticibus ipsis ex utraque parte subnixas, pruina obriguisse: mediâ autem, & maximam Solis ardore torrerit: duas autem esse habitabiles. Earumque 36 que Australi illam, in qua qui insistant, ad-versa nobis urgent vestigia, nihil ad nostrum genus pertinere. Idem docet lib. 1. Tusculan. iniquens: Globum terræ eminentem e mari fixum in medio mundi universi loco duabus oris distantibus habitabilem & cultum: quarum altera quam nos incolimus, sub axe posita vitæ ab septem stellis, unde horifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives: altera Australis ignota, nobis, quam vocant Græci, arctura, à contrario axe. Plinius etiam lib. 2. c. 6. in eadem sententia est, & cum pulcherrimè earundem Zonarum divisionem scripsisset, sic subdit: Duae tantum inter excusam, & rigentes temperantur, eaque ipse inter se non pervia propter incendiâ spheris. Macrobi. quoque lib. 1. Saturnal. c. 19. & lib. 2. de somno Scipion. cap. 5. postquam easdem Zonas depinxit, & terras illas Australes, que in temperata jacent, habitari probavit, ita prosequitur. Sed à quibus, non licuit nobis antiquam, nec liceret agnoscere: interjecta enim Zona utrique hominum generi commercium ad se denegat commenda. Quæ verba eo non citato transcribit Philipp. Bergomensis in supplem. Chron. lib. 1. & sequitur Pomp. Mela d. lib. 1. c. 1. his elegantissimis verbis eandem sententiam exponens: Hujus medio terra sublimis, cingitur atque mari, eodemque in duo latera, que Hemisphæria nuncupantur, ab Oriente divisa ad Occasum Zonis quinque distinguitur: mediâ æstus infestat, frigus ultimam. Reliqua habitabilis paria agunt anni tempora, verum non pariter, Antictones alteram, nos alteram incolimus, illis situs ob arborem intercedentis plage incognitus.

37 Et ex eadem causam refert Lucanus, lib. 10. Pharsal. Nili originis ignorantiam, sic inquit: Quæ tibi noscendi Nilum, Romæ, cupido est, hæc Pharis, Persis que fuit, Mæcedumque Tyrannis, Nullaque non ætas voluit conferre futuris, Nositiam: Sed vincit adhuc natura latendi, Summus Alexander Regum, quem Memphis adorât, Æviadis Nilo misitque per ultima terra Ethiopum lectos, illos rubicunda perivit Zona poli tenuit, Nilum videre cœlentem. &c. &c.

Quæ opinio, & prædictarum ꝑ Zonarum natura & divisio ab aliis priorum, & posteriorum seculorum Philosophis, Historicis, Poëtis & Theologis libenter, & frequenter usurpari videtur, ut constat ex Aristot. lib. 2. Meteor. c. 5. Cicero. lib. 1. de nat. Deorum. Plinio lib. 2. c. 68. Strabo lib. 3. & 17. Geograph. Virgil. lib. 1. Georg. & 7. Æneid. & ibi eleganter Servio, qui per digitos manus totam Zonarum intelligentiam facillimam reddit, Lucret. lib. 5. de nat. rerum, Ovid. lib. 1. Metamorph. Horat. lib. 1. carmin. Ode 22. Tibull. lib. 4. de laudib. Messal. Claudian. lib. 1. de rapt. Proserp. D. Isidor. lib. 3. Etymol. c. 44. Philon. in lib. quis rer. divin. heres sit, Beda de ratione temp. lib. 11. c. 32. D. Thom. 1. part. quæst. 102. art. 2. ad 4. Scoto & Durand. 2. sentent. dist. 17. Ludov. Vives in notis ad D. Aug. d. c. 9. Joachim. Vandian. in not. ad Pomp. Melan. dist. c. 1. & plurimis aliis à Chasan. in Catal. glor. mundi part. 12. consid. 15. Acost. lib. 1. de natur. Noçi. Ori. c. 9. 10. & lib. 2. per totum, Thom. Boc. de sig. Eccles. Dei lib. 1. c. 1. & lib. 15. c. 18. Maluend. d. lib. 3. cap. 14. Fr. Gregor. Garc. lib. 2. cap. ult. §. 4. & sequent. pag. 162. & Scraph. Freit. d. c. 4. num. 5.

Et adeo hominum animis hæsisse videtur, ut illi etiam hodie ꝑ aliqui Neoterici assentiantur, Torridam Zonam afflatu continui caloris incensam nullo modo habitari, vel navigari posse affirmantes. Nam ut refert Maluend. ubi supra pag. 139. Avorum nostrorum memoria ꝑ Jon. Picus Mirandulan. Romæ in publico doctissimorum virorum cœtu coram Alexandro VI. P. M. propositis assertionibus ausus est, id acerrimè propugnare. Et idem tenet Petr. de Allaco quæst. 3. super Spheram Apian. & Gemafris. in Cosmograph. & Blasius Alvarez Mirabal. in lib. Hispanâ lingua Salman-ticæ anno edito 1599. cui titulum fecit de con-servatione salutis corporis & anima c. 2. Quorum tamen errorem, sive desidia, merito nota-vit Hentice. Martinez in reperi. Mexic. tract. 3. c. 5. pag. 169. & ab eo sumens Fr. Joan. Torquemada in Monarch. Ind. lib. 1. c. 4. pag. 8. Et enim ꝑ cum hoc posteriori seculo tot, & tam certis ex-perimentis constiterit, Antipodes esse, & omnes Orbis plagas, tam que ad glaciâs Zonas, quam que ad Torridam pertinent, non solum habitabiles esse, verum & humano genere cultas, atque etiam multis in locis, & præsertim sub ipsa Æquinoctiali refertissimas, & placidissimas reperiri, atque habitations & navigationi admodum pervias, emoti protsus, & amentis judicii erit, ea in dubium velle revocare, & ꝑ Philosophis rationibus, que sæpè fallaces existunt, plus quam oculis nostris, deferre, ut optime ꝑ advertunt Ludovic. Vives, Acost. Maluend. & Torquemada. ubi supra, Just. Lips. in Physiolog. Stoic. lib. 2. dissert. 19. Lambin. sup. Horatium d. Ode 22. Fr. Valles. in libris de sacra Philosoph. c. 26. Joan. Boter. in rel. univers. vol. 2. 1. part. lib. 1. pag. 229. & sequ. Ant. de Herrera in hist. generi. Ind. dec. 1. lib. 1. c. 2. & 4. Conimbricenses in 2. lib. Arist. de celo c. 14. quæst. 1. Pined. de reb. gest. Salomon. lib. 4. c. 15. §. 2. Fr. Joan. à Ponte in conven. utr. monar. lib. 3. cap. 19. pag. 121. Thob. Haller. in dist. orat. de antiq. ap. Rōmūm pag. 487.

Qui

Qui omnes latissime de Zonarum (præcipuè Torrida) naturâ & temperie latissime agunt, & ex antiquis idem jam olim tentarunt Aristot. & ejus commentator Averr. lib. 4. de celo, Avicenn. fen. 2. doct. 1. c. 8. Pofidojus apud Cleomedem, cujus verba refert Just. Lips. in d. Physiolog. Stoic. lib. 2. dissert. 27. in fin. Albert. Magnus 44 de nat. loc. cap. 6. & ꝑ Servius sup. Virgil. 6. Æneid. ubi elucidans illud:

Palagine vitæ erroribus actus.

Disquirat, qui poterit dicere Virgil. Æneam erroribus maris ad inferos vicem devenisse? respondent hæc verba: *Altius hoc intellige secundam chorographos, qui voluit terram sphericam esse, & undique aqua & aere circumdari. Quod si est, ad Antipodes potest navigatione perveniri, qui nobis inferi sunt, ut nos illi.* Hinc est quod sub terra inferos dicimus. Tyberianus etiam dicit, epistolam esse ab antipodibus ad nos vento allatam, que habet: *superi inferis salutem.* Et melius, & latius cæteris prosequitur Thom. Bocius dicit. tractat. de sign. Eccles. Dei, lib. 15. cap. 18.

45 Qui tamen pio quidem zelo, & subtilibus, licet non usquequaque solidis rationibus ostendere conatur, tres illas terræ fascias, quas antiqui Scriptores, ut diximus, inhabitabiles esse, asseruerunt, reverè ab Orbe condito ad Christum usque semper desertas mansisse, & semper, vel saltem ex majori parte inhabitatas, & tales repertas eo tempore à pluribus fuisse, qui eas diligentissimo studio explorarunt: post Christum vero felicissimum in mundo Ortum, cœpisse illas hominibus incoli, quousque tandem jam nostris temporibus cultroibus sunt repletæ: atque hæc ꝑ inter alias Christum in mundum importasse felicitatem, ut ejus præsentia terra melior, atque usibus humanis commodior sit reddita, sic explicans Psalm. 8. vers. 1. & 4. & locum Isaiæ c. 35. vers. 1. & cap. 43. & Sybillæ carmina, que habentur apud Lactant. lib. 7. divin. institut.

Et tunc sanè gaudium magnum Deus hominibus dabit
Et tenim tellus, & arbores & innumera pecora terra
Dabunt fructum verum hominibus
Vini, & mellis & candidi lactis,
Et frumentum, quod est hominibus optimum omnium.

46 Quinto, quo magis ostendatur, hunc Novum Orbem antiquis penitus ignoratum, aut certè inhabitabilem judicatum fuisse, considero illos non solum existimasse ob ardorem æstuantis Zonæ ad ejus oras aditum omnino præcludi, sed eâ quoque ratione, quam urgentiorem, imò & insuperabilem reputarunt, nempe totius ꝑ Oceani spatium inter ipsum, & alias mundi partes observari, neque ullum modum reperiri, quo infinito illo abyso trajecto, homines huc commeare poterint.

48 Quod argumentum ꝑ adeo pressit D. August. d. lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9. ut nimis absurdum esse dicat, & sacra Scripturæ contrarium; Antipodes in his regionibus habitare, cum ex Adami, aut Noë posteris, à quibus necessario petenda est universi humani generis propagatio, nullus ad 49 eas navigare, ac pervenire poterit. Cui ꝑ ex antiquis Ecclesiæ Patribus hærete videtur Greg.

Tom. I. de Ind. jure.

Nazianz. in epist. 71. ad Posthum. & in orat. sub-nob. Basilii, dum pro certo confirma, ultra Gades mare esse hominibus impermeabile, & finem non habere, neque tellurem penetrari posse. Et ꝑ Origen. lib. 2. Periarech. cap. 3. ubi locum D. Clement. exponens, qui alios mundos trans Oceanum esse insinuavit, de quo in cap. seq. latius agemus, ait, illum Antictones significare voluisse, atque illius Orbis terræ partes, ad quas quia Oceanus intransibilis est, nostrorum quibusquam accedere non potest. Idem ꝑ etiam de im-possibili Oceani penetratione apertissime scripsit Cicero. d. lib. 6. de Rep. & Plin. dist. lib. 6. cap. 67. sic inquit: *Maria circumfusis undique dividuo globo partem Orbis asserunt nobis, neque inde huc, neque hinc illo pervio tractu.*

Et hæc fuisse constantem veterum omnium sententiam, ꝑ satis ostendit illud Pindari lib. 2. Olymp. Ode 3. in fine, dum ait, quod ultra Gades est, æquè sapientibus, & stultis inaccessum fuisse. Quod proverbii loco à cæteris usurpatum apparet, teste Pedone Albinovano apud Senec. Plin. in proem. lib. 3. & aliis relatis à Paulo Manut. in adap. Non ultra Gadirâ, pag. 879. Maluend. de Antichrist. lib. 3. cap. 15. in princip. & de Paradis. cap. 19. pag. 118. Fr. Anton. de S. Roman. in histor. Ind. Orient. lib. 1. cap. 4. pag. 12. Theatr. vitæ human. vol. 5. lib. 3. pag. 1258. & novissimè Suar. de Salazar de antiq. Gaditanis, lib. 1.

Unde ꝑ & Oceanum ipsum sacra Pagina pro 53 Occidentali plaga, & sine totius Orbis apponunt: Isai. 49. vers. 12. Ezech. 48. vers. 17. & in multis aliis locis relatis à Ludovic. Ballest. in Hierol. lib. 2. cap. 4. in fin. Juvenalis ꝑ quoque Satyr. 10. 54 in eodem sensu Gades accepit, cum ait:

Omnibus in terris, que sunt à Gadius usque
Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis multum diversa reponit,
Erroris nebula.

Et propterea Hercules, ꝑ cum boves Geryonis 55 nis vestigans, ad Gades pervenisset, columnas ibi fixisse narratur, tamquam illic esset suprema Orbis meta, ut tradit idem Pindar. in Nemis. Strab. lib. 2. circa fin. Pomp. Mela lib. 2. cap. 6. D. Isidor. lib. 12. Etymolog. cap. 15. Dionys. in libello de situ Orbis, his carminibus:

Obliquas narrate vias, mibi dicite Musæ
Oceanis Hesperis à genibus incipientes,
Ad fines ubi sunt erectæ fortè columnæ,
Herculeos (mirum) juxta suprema Gadirâ.

Et Fest. Avien. terr. top. sic canens:
Ultima proceras subducit ad astra columnas,
Hic modus est Orbis Gadir locas; hic tumet Atlas
Arctus, hic duro torquetur cardine caelum,
Hic circumfusis æssitur nubibus axis.

Fuit ꝑ enim antiqua Imperatorum consuetudo, ad quæ loca extrema cum exercitu, vel elasse penetrassent, ibi aliqua suæ expeditionis monumenta relinquere: sicut Bacchus columnas duas magnas erexit in Oriente, & Alexander Indiæ militiæ terminos aras apud extremos Indos instituit, atque ordinavit, super quibus vota Dis persolvit, ut testatur Strab. lib. 3. & de eisdem Herculis columnis agens Natal. Comes lib. 7. My-

L

Ind. lib. 1. cap. 10. pag. 32. Anton Herrera in histor. gener. Ind. Oecid. decad. 1. lib. 1. cap. 1. & seq. & in descriptione in dicit. cap. 1. pag. 1. Simon Majol. in dicit. Canicul. 1. tom. colloq. 23. pag. 540. & seq. & colloq. 18. pag. 404. & seq. & pag. 422. ubi alium actus magneticae inventorem agnoscit, & plura de magnetis proprietatibus tradit, quod & praestat Plin. lib. 36. c. 16. Lucret. lib. 6. de nat. rerum. D. August. lib. 21. de Civit. Dei, cap. 4. & 6. ubi Ludovic. Vives in notis: Gorop. Becan. lib. 3. Hispanic. Pined. d. lib. 4. cap. 15. §. 4. ex pag. 206. & cap. 18. pag. 222. ubi etiam explicat, cur ita appelletur, & unde trahatur: Theatr. vitæ humanæ vol. 5. lib. 2. pag. 1226.

81 Et causam, & cur magnes Septentrionem semper requirat, adducere conatur Fr. Joan. à Ponte in convenient. utr. Monarch. lib. 2. c. 23. p. 249. & novum, & notandum magnetis experimentum: 82 Herr. in d. descriptione, pag. 2. Nimirum & magnetem ferro majorem attrahendi vim communicare, quam ipsa habeat; etenim si magneti ferrum jungatur, longè majus pondus alterius ferri elevabit, quam si per se sola ad id peragendum accom- 83 modaretur. Et quod etiam in terrestribus & itineribus multi magnetem torantur, & quod montes magnetici trahant ad se navigia circa eos transeuntia, quibus ferrum vehitur, recolat Majol. ubi supra: & Aloys. Cadamust. in sua navigatione 55. ubi refert, non longè à mari Arabico ad insulas Calechut esse magnam magnetis copiam, adeo ut multa ibi fiant naves absque ferro, quod vim magnetis paveant. Idem tradit Ludovic. Viv. ubi supra.

CAPUT XII.

In quo latè auctores, & argumenta contraria sententia referuntur, & refelluntur: & nullis antè Hispanos hunc Novum Orbem cognitum fuisse magis ostenditur.

SUMMARIUM.

- Opinionem aliquam probare non sufficit, nisi contrariis satisfiat.
- Auctores plurimi recenserunt, qui Novum Orbem veteribus cognitum dicunt.
- Justus Lipsius quid senserit de notitia Novi Orbis. Basilii Pontius Legionensis Augustinianus laudatur, ibid.
- Novum nihil est hodie, quod antè non præcesserit, & num. 10.
- Novus Orbis aliquando antiquis cognitus, & postea ignoratus, ac denud à Columbo repertus.
- Novus multa videtur, quæ jam olim in usu fuerunt.
- Arietis machinam invenit Carthago, & postea ejus oblitia stupuit contra se per Romanos adnotam.
- Pontei & Thuanus carmina de notis antiquis.
- Rex omnes suas mutationes habens, & quæ cadere, resurgunt, secundum Horatium.
- Novum nihil sub Sole, Proverbium, qualiter accipitur.
- Homines non omnia simul Jupiter docuit.
- Errato, una inter Musas, à novis inventis nomen accepit.
- Thales Milesii apophthegma.
- Tempus est rerum omnium inventor, & magister.
- Inveniendæ inventa non obstant secundum Baldum.
- Inventa de novo plurima, & utilissima omnibus seculis leguntur, & aliqua eorum exempla.

- Aniipodum & Novi Orbis inventio instar omnium inventorum valet.
- Munera maxima, & clarissima natura fortuito sæpe reperta sunt, & aliqua exempla.
- Fortuito quæ apud nos fieri videntur, Dei consilio reguntur.
- Magnes lapis fortuito repertus.
- Lyra, sive Cytharæ inventio qualiter caperit.
- Purpura inventio cum Casiodoro.
- Nili origo, & incrementum his ultimis temporibus à Lusitanis detecta.
- Nili originis cognitio veteribus frustra tentata, & impossibilis reputata.
- Navigaciones per altum antiquitus in usu fuisse quidam tradunt, & eorum exempla, & num. sequentibus.
- Mare universum non solum navigabile, sed de factis etiam antiquitus navigatum.
- Hannonis navigatio similis fuisse dicitur tertio Columbi.
- Carthaginenses olim per Atlanticum navigasse dicuntur.
- Euthymenes Massiliensis olim Atlanticum navigavit.
- Navigatio quem progressum olim habuerit, cum Claudio.
- Magnetis usum sunt qui veteribus tribuant, & numer. 42.
- Plauti veriorum aliqui acum Magneticam fuisse putant, & num. 40.
- Navigandi peritia veterum cum nostra comparari nequit.
- Navigaciones per altum rare olim, & portenti loco habite.
- Hannonis navigaciones parum fidei habuerunt, & Proverbium de eis.
- Navigaciones tantum literales præcos exercuisse, qui affirmant, & num. 37. 38. & 40.
- Navigacionem sine remis veteres nunquam exercebant.
- Astrolabii inventum, & utilitas.
- Magnetice acus usum veteribus omnino ignoratum fuisse probatur.
- Magnetice pyxidi Novi Orbis detectio debetur.
- Trapobanenses qua industria in navigando uterentur.
- Magnetice acus nullum extat nomen apud antiquos.
- Versorium capere apud Plautum significat dār. o. tomar la vuela.
- Atlanticum Platonis quidam Novum Orbem esse putant, sed rejiciuntur, num. 52.
- Aristotelis locus de insulis à Carthaginensibus detectis à multis accipitur pro Novo Orbe, qui rejiciuntur, num. 53.
- Americanos à Carthaginensibus procedere aliqui putant, & quare?
- Æliani optimus locus exponitur, ubi Novum Orbem debingere videtur, sed rejicitur, num. 56.
- Novi Orbis incolæ eosdem esse ac Hyperboreos tradit Goropius, sed rejicitur, num. 60.
- Non esse Novum Orbem Platonis Atlanticam.
- Locus Aristotelis non loquitur de Novo Orbe.
- Aristotelis, sive Theophrasti liber de mirabilibus auditionibus fabulosus est.
- Æliani fabula de quadam navigatione à se in novas regiones facta refertur, & ridetur.
- Sileni narrationem de Novo Orbe à Theopompo relatam, ut meram, & nugatoriam fabulam accepit Ælianus & Tertul.
- Theopompus quis fuerit.
- Goropius Becanus audacia, & levitatis notatur.
- Hyperborei & Riphei montes ubi sint, & unde dicantur, & num. 62.
- Ripheos & Hyperboreos montes inclementi mira felicitas & salubritas.
- Pro Pirinæis Riphei sumuntur.
- Novi Orbis scientiam videntur habuisse, qui & Aniipodum; & respondetur, num. 70.
- Novum Orbem agnoscere videtur Lucian. Plutarch. & Avitus: & eis respondetur, num. 71. & 72.
- Dici Clementis Romani verba de mundis, qui sunt trans Oceanum, multi pro Novo Orbe accipiunt, &

- & respondetur, num. 74.
- D. Clementis epistola ad Corinthios auctoritas.
 - Seneca Philosophus scripsit tragædiam Medææ, & in ea vaticinari videtur de Novi Orbis detectione, & num. 76.
 - Columbum, Senecæ auctoritate inter alia ductum, ad Novum Orbem quaerendum, multi opinantur.
 - Hispanis admi non potest vera gloria prima detectionis Novi Orbis.
 - Aniipodes esse licet aliqui ex antiquis agnoverint, ignorabant tamen regiones eorum, & alterius generis mortalium esse putabant.
 - Plutarchi & Luciani narrationes, quibus videntur Orbem Novum denotare fabulosa sunt.
 - Avitus declamator Novum Orbem non agnovit, sed potius aperte negavit.
 - Aviti elegantissima verba, quibus Alexandrum hortatur, ne novas terras ultra Oceanum quaerat.
 - D. Clemens Romanus sub mundis trans Oceanum Aniipodes significavit voluit secundum Origenem.
 - Mundos plures esse, qui affirmant, graviter errant.
 - Seneca quo sentit, & modo Novos Orbes detegendos esse prædixit.
 - Divinatio viris prudentibus familiaris que sit.
 - Seneca non secus ac veteri sui temporis Philosophi Oceanum finem Orbis esse putabat.
 - Pædonis carmina elegantissima apud Senecam, Oceanum mundi finem esse tradunt.
 - Poete, & alii Auctores multa temerè vaticinantur, que postea impleta videmus.
 - Senecæ locus aliter, quo præsumptissime videtur detectionem hujus Novi Orbis.
 - Gentium plura examina repente ex regionibus Aquilonaribus exierunt, & bellis Orbem turbantur.
 - Virgilii vaticinium, quod trahi potest ad detectionem Novi Orbis.
 - Argonautarum fabulam qui traclaverint.
 - Aurei velleis Ordinis Equestris origo.
 - Ducatus Burgundie veri successores sunt nostri Reges Catholicæ.
 - Virgilii locus Æneid. 6. exponitur contra Justum Lipsium.
 - Æthiopia Maurorum cur à Virgilio & Luciano dicatur jacere extra sidera.
 - Seneca in Medæa non loquitur de regionibus Occidentalibus, quales sunt Novi Orbis, sed de Septentrionalibus.
 - Thule insula ubi? & plura de ea, remissivè.
 - Novæ terræ, & insulae reperta sunt in Oceano Septentrionali.
 - Hunni, & Gothi in alio veluti Orbe ignoto habitare olim dicebantur.
 - Mare Septentrionale navigare, non ita mirum ac Oceanum Occidentale.
 - Mare ultra Groenlandiam unius diei cur suffertur innavigabile.
 - Navigaciones mirande Batavorum per mare Glaciale, remissivè.
 - Lucius Marineus Siculus debili argumento ductus tribuit Romanis Novi Orbis detectionem, & num. 99.
 - In Regno Chile in valle Cauten reperta sunt figure aquilarum bicipitem, & num. 102.
 - Clavus ferreus antiquus repertus lapidi cuidam inclusus dicitur in argenti fodinis de Caxasambo, & num. 105.
 - Marineus signentum de numismate Augusti Cesaris in mineralibus Orbis Novi reperto à multis exploditur, & qualiter ibi esse potuerit.
 - Importatus plures sæpe sunt sub pretextu antiquitatis.
 - Carmina quedam Indiarum Orientalium Inquisitionem suadentia Ulyssipone confecta sunt antiquitatem simulantia.
 - Chilenses quo pacto potuerint effigiare aquilas bicipites.
 - Aquila Romanorum signum quando & quare biceps portari caperit.
 - Germani cur sumperint pro insigni aquilam bicipitem.
 - Clavus ferreus quo pacto pervenire potuerit ad fodi-

nas Casatambi, & lapidibus eorum includi.
106 Lapidis intra, multa miranda reperta sunt, & exempla, remissivè.

Verum autem verò, quoniam & parum est fundamenta opinionis nostræ Novicis, quæ totam laudem detectionis hujus Novi Orbis Hispanis tribuit, nisi contrariis quoque satisfaciamus, ut in simili dicebat Bald. in notabili cons. Schismatis, col. penult. quod est in titul. si quis aliquem testari prohibuerit. Sciendum & est, plurimos alios, & sanè doctissimos Scriptores, non extraneos tantum, verum etiam nostros existere, qui dum plus æquo antiquitati deferre volunt, eundem Orbem præcorum monumentis manifestè insinuat, imò & à Carthaginensibus, Tyriis, Phœnicibus, Romanis, Hebræis & aliis nationibus Iustratum esse contendunt, ut constare potest ex iis, quæ latè tradunt Varabli sup. 3. lib. Reg. c. 9. & 22. & lib. 2. Paralip. c. 3. Arias Montan. in apparatu ad Pablg. cap. 9. Genebrard. dicit. lib. 2. Coronogr. pag. 158. Ludovic. Vives sup. D. August. lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9. Lucius Marineus Sicul. de reb. Hisp. lib. 19. c. 16. Alex. Vanegas lib. 2. natur. quest. c. 22. Adrian. Turnebi lib. 20. advers. cap. 11. Pamelius in notis ad Tertull. in Apolog. n. 528. Isaac Casaubon. in animadvers. ad Athen. lib. 3. cap. Gorop. Becan. lib. 7. orig. Hisp. & in orig. Antuerpiens. lib. 3. & 9. pag. 1026. & seq. Joan. Mariana de reb. Hisp. lib. 2. c. 2. Steph. de Salazar Carthusianus sup. Symbol. Apostol. disc. 16. c. 3. Gregor. Garcia Dominicanus in tractat. de Ind. orig. per tot. Maluend. lib. 3. de Antiebrist. c. 16. Joan. Pined. lib. 4. de reb. Salom. c. 16. per totum, præcipue §. 4. pag. 213. num. 4. & latè & eleganter Just. Lips. & lib. 2. Physiologia, cap. 3. Stoicor. 21. & post eum, eo non relato, Mag. Fr. Basilii Pontius Legionensis Augustinianus, quem ego Salmanticæ ob religionem, variam eruditionem, & incomparabilem memoriam, multum suspexi, in lib. cui variat. disput. titulum fecit, & post hæc scripta ad meas manus pervenit, sub quest. 8. exposit. c. 1. & 2. ubi concludunt: Fuisse jam olim istam partem mundi, & auditione acceptam, & ratiocinatione stabilitam, et si inspectione fortasse non usurpatam.

Pro cujus sententiæ confirmatione primò considerant, nihil & nunc in mundo contingere, quod novum, aut recens vocari possit, quodque jam prioribus illis seculis non præcesserit, licet memoria fortè eorum exciderit, ut habetur Eccl. 1. vers. 9. & 10. ubi plura novissimè congressit Pineda ex pag. 177. Martin. Delr. in adag. sacris, 2. tom. adag. 292. pag. 366. & idem Pineda in nostræ quæstionis terminis loquens dicit. lib. 4. de reb. Salomon. cap. 15. §. 4. pag. 206. & cap. 16. §. 5. pag. 214. Atque ita opinantur antiquis planè & temporibus hunc Orbem, & Oceanum ad illum navigationem in comperto fuisse; postea tamen temporum, & casuum varietate in usu, & memoria hominum esse desisse, quousque rursus Divinâ providentiâ, Columbi industria, & Hispanorum virtute res non tam nova, quam antiqua inventa fuit, sed potius reperta, atque instaurata.